

IVRIS CIVILIS

Singulare Responsum,

S I V E

A P O L O G I A VIRGILII CHIACCHIARI IVRISCONSULTI ÆSERNINI, MARCHIONISSAE ZENOBIAE TESTATRICIS FIDELIS TESTAMENTARI.



N E A P O L I ,

Ex Regia Typographia Ægidij Longi. 1641

Exensis Petri Agnelli Perrini .

NOBILISSIMO VIRO
D. DON FRANCISCO
DE PISCE
PATRITIO PANORMITANO
Patrono Colendissimo.

Petrus Anellus Perrinus Neap. D. D. D.



Vm in animo diu ferrem, vir Pre-
clarissime, cui nam librum hunc di-
gnè simul, & officiosè desponderem,
optabam patronum aliquem, qui
scripta suo illustrasset nomine, sua
firmasset auctoritate, sua perfunderet luce: tibi cui
tandem, quem optimè eiusmodi dote plurima insi-
gnitum calleo, deuouendum censui, nec erant dulcissi-
mū exaudienda illecebrae, nisi inter delphinas tuos.
Habet sibi homo delphinem amicissimum, & cum
animo careat, amore affluit, eoque per quem sapè spi-
ritum efficit amatorius piscis, quod si benevolum se
se in omne tempus obtulit, erga me, & semper, &
nunc maximè benevolentiorum se dedit, mihiq; illu-
xit felicissimus, ac fortunatus: illustrat tantum stem-
ma gloriofosos decores tuos, illustrabit & paginas ha-
sce amoris mei sempiterna monimenta. Illustraris tu
vir inclyte tanto stemmate, quo Heroes & proceres
nobilissimi tuae familia designantur: ipsoque ardore,

quo

E X V R G E D E V S

I V D I C A C A V S A M M E A M;

neq, irridēant me inimici mei.



Vamuis magna esset Zenobiæ Marchionis-
se testatricis nostræ inter scriptos hæte-
des de testamento controuersia; mihi ta-
men de eo minimè disceptandum esse vi-
debatur, cum quæstioni præcessent Iudi-
ces Regij duarum Aularum Consiliarij
summæ eruditio nis, atque integratatis viri; Verum tamē
cum nescia, qua ratione, & leuissimi cuiusdam exempli
actu, ac motu aliter sit causa decisa, quam leges, & te-
statricis voluntas postulabant, ipseq; ille fuerim testa-
menti fidelis scribeor, non subiector, vt qui illad impu-
gnant falsò sunt arbitrati, cumque nuper iniusta lingua,
nec famæ parcere voluerit Sacerdotis: meæ deelsē exi-
stimationi, & conscientiæ quibus non modo à facto, sed
etiam à criminis, quod inferunt, suspicione, me semper
abesse curauis; nisi nunc pro viribus de huius causæ iusti-
tia, & veritate differerem. Scio equidem, quod me de-
terrere potuit, aduersarios ingenio, & arte dicendi ma-
ximè excellere; at vis quanta sit veritatis non ignoro,
quæ ut inquit Cicero contra hominum ingenia, Callidi-
tatem, solertiam, contraquæ fictas omnium insidias, facile
semper se ipsa defendit. Hac ego veritate duce, quæ me
ad scribendum impulit, ac vestra humanitate comite-

A

orna-